Incipit prologus libri qui intitulatur Horologiũ eterne ſapiētie.

Sentite i domino in bonitate et i ſimplicitate cordis q̄rite illũ. q̄m inuenit̄ ab his q̄ non tētant illũ. apparet aũt eis q̄ fidē habēt in illũ. Multipharie multiſq̄ modis olim in primitiua eccleſia electis ſuis diuina ſapientia apparuit. menteſq̄ eoꝝ ſuo lumine illuſtrauit. qui ſpũ feruētes. dño ſeruiētes erāt in ſcitate ꝛ iuſticia corā eo. Miſerat em̄ tūc deus ignē de excelſo in oſſib' eoꝝ. et facta ſunt corda ardore charitatis eſtuantia vehementer Diffundebatur aũt flāma exterius lucentiũ operũ ꝛ efficatiũ exemploꝝ. Si q̄dem in bonitate ꝛ cordis ſimplicitate dñm q̄rentes negocioꝝ ſecularium nulla erat eis recordatio. ſed peccata plangere diuinis intendere. ſe inſtra ſe cōtinere corpus ſuum ſeruituti ſubiicere. ſoliq̄ eterne ſapientie iugiter adherere. ſollicitudo ꝛ intentio tota fuit. Sed heu modernis temporib' mūdo iam ſeneſcente hic amor diuinus in multorũ cordibus tm̄ refriguit vt pene ſit extinctus. ꝛ pauci inueniuntur qui deuotioni ſtudeant. qui nouam gratiam ſe calefacientē querāt. qui imbre lachrimaꝝ auſtro flante ſe crebrius perfundi gaudeant. qui viſitatiōis diuine ꝛ allocutionis ſuperne gratiam querāt. ſed ſtudio vanitatis ꝛ genealogiis interminatis ac deliciis corporalib' intendentes. letali quodã ſopore ligati tenentur. At vero diuina ſapientia. de ſalute cunctorum ſollicita hec mala electos ſuos emendare

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſemper cupiens. in pn̄ti ope intendit principaliter non
q̄dem informare neſcientes eo q̄ iā repleta ſit terra ſcien-
tia dn̄i. ſed reaccendere extinctos. frigidos inflammare.
monere tepidos. indeuotos ad deuotionem p̄uocare. ac
ſummo negligentie torpentes ad v̄tutum vigilantiam
excitare. Vn̄ ⁊ p̄ns opuſculū in viſione quadam ſub cu
iuſdam horologij pulcherrimi roſis ſpecioſiſſimis deco
rati. ⁊ cymbalorū bene ſonantiū ⁊ ſuauem ac celeſtem ſo
num reddentium. cunctorūq̄ corda ſurſum mouentiū
variata perornati figura. dignata eſt oſtendere clemētia
ſaluatoris. Obſecro aūt deuotos lectores vt ſermo im-
peritus ⁊ incultus. etiam ſi barbarū aliquid fortaſſis ſo
nare videatur. non diſpliceat. non multum etem̄ curo vi
cia incurrere artium ſermocinaliū. dūmodo vicia aiorū
eo cōmodius poſſem feruida locutione corrigere ⁊ emen
dare. veritates quidem patrū vel ea que compta ſunt cer
tiſſima atteſtatione rerum ſm̄ ſcripture ſacre ſenſum pro
vt accepi a dn̄o. ſimplici ſtilo poſui. extra ea ex p̄poſito ni
hil dicendo. Verū qm̄ eedem materie dudum a multis
ſubtiliter ⁊ luculenter declarate ſunt ⁊ pene ex frequenti
vſu iamiā plurimiſq̄ in vaſtigium vertuntur. ideo non
fuit opus ad ſingula queq̄ auctoritates adducere. nam
ex hoc conſonātia motiua huius voluminis vtiq̄ inter
cepta fuiſſet. ¶ Notandum quoq̄ q̄ locutio iſta q̄ſ
tum ad interrogationem diſcipuli ⁊ reſponſionem ſapi-
entie. vel econuerſo ſolum poſita eſt ad feruentiorem mo
dum tradendi nec eſt taliter accipiendum quaſi diſcipu-
lus ille talis fuerit. de quo ſapia in perſona ꝓpria ſolum
intenderit. vel qui ſapiam ſolus pre ceteris tm̄ amauerit
vel cui ſapia tot ⁊ tanta fecerit. ſed reuera pro quolibꝫ in
genere dictū habeatur. Siquidem per modū doctoris
nunc loquitur in ꝑſona hoīs ꝑfecti. nunc in perſona im

perfecti. nūc in perſona alicuius qui affectuoſe chriſtum
diligit. ⁊ in fide atqꝫ dilectione eum ſibi deſponſat. De-
inde in perſona peccatoris qui deuʒ pro ſuis exceſſibus
flebiliter exorat. ⁊ ſic diuerſimode ſtilū vertit ſm ꝙ ma-
terie congruit. Nunc etiam dei filium vt deuote anime
ſponſum inducit. Poſtea eundem tanqꝫ eternam ſapien-
tiam viro iuſto deſponſataʒ introducit. viſiones quoqꝫ
in ſequentibus contente non ſunt omnes accipiende ſm
litteram. licet multe ad litteram contigerint. ſed eſt figu-
rata locutio. ſicut ⁊ in libro Regum legimus de prophe-
ta qui miſſus a domino ad regem dauid parabolice ſub
figura diuitis ⁊ peregrini iudicium ab eo exegit contra ſe
ipſum propter peccatum quod in ſeruum ſuū cōmiſerat
Et de muliere thecnica ſapiēte que ad regem intrans in
perſona aliena vicʒ duorum ſuorum filiorū animā regis
ad clementiam flectebat. Angelus quoqꝫ ad Tobiam
miſſus. ⁊ ab eo queſitus quis eſſet. rñdit ſe anamiā aza-
rie magni filium eſſe. q̄ oīa nō quidē ad lrāʒ. ſed ſm ſua
ſignata vera fuerunt. Sic ⁊ predicator egregius apl'us
Paulus diſcipulorum ſuorum perſonam induerat cum
eos culpando dicebat. Ego quidē ſum Pauli. ego autē
Appollo. nōne hoīes eſtis ⁊ paulopoſt hec inquit. fra-
tres trāſfiguraui in me. ⁊ appollo ꝓpter vos vt in nobis
diſcatis. Porro huius figurate locutionis occulta my-
ſteria diligens lector poterit aduertere. ſi tamē ſolertē cu-
ram ſtuduerit adhibere. Oro autē ⁊ ſupplico bonitatem
eius immenſam q̇ me hūc laborem ſuo ex amore ſubire
coegit. de ipſius bonitate confidens. vt qꝛ facultatē me-
am negocium hoc excedere cognoſcit. ipſe defectū meum
in cordib⁹ piorū hoc legere volentiū ſuppleat hoc modo
vt oīs qui pn̄s opuſculum cū ſincera intētione perlege-
rit vel audierit. hauſtuʒ alicuius deuotionis. vel aliquā

nouam diuinitus collocatam ſibi gratiā inde reportare mereatur. Ad hoc autē et ex parte legentis reqritur vt totum iſtud ſtudioſe plegere curet. et non raptim. nunc hoc nunc illud quaſi coniecturādo nitatur deguſtare. Sane impfectum meū tam ſcientie q̄ȝ vite recognoſcēs vobis patri filiorum amabili Hugoni magiſtro ordinis p̄dicatorum venerabile hoc opus tranſmittere curaui. qui et autoritate ceteros precellitis. et honore magiſterij theologice ſciētie pollētis et quod his maius eſt ſumme q̄ȝ eterne ſapientie ac donis ſpūalibus preditus eſtis vt littere veſtre exhortatorie ſatis declarāt. in quib filios dilectos admonitione paterna ad pacem. et fraternam charitatem et diſcipline rigorem et feruorē deuotionis ad cōformitatem chriſti ihesu. ac oīm virtutum pfectionē tanta ſollicitudine excitatis. Nec his contentus ſed de multorum quoq̄ȝ ſalute ſollicitus. miſeros quoſq̄ȝ huius mūdi ſectatores vt hunc mundū fugitiuū et fallacem deſerant et ad veram ac eternam ſapientiam veniant. imitari verbo et exemplo per eoſdem pcuratis. Vos ergo pater reuerendiſſime manū peritam apponite. et guſtu interno put in talibus oportet diſcernite. ſi qd̄ plus vel qd̄ minus et qd̄ diuina ſapientia inſpirauerit pro gloria ſua et vtilitate primorū faciatis. Mihi quoq̄ȝ omniū filiorū veſtrorum deum amantiū viliſſimo veniam de defectibus hic repertis concedatis. nec preſumptioni factum hoc aſſcribite. ſed dei emulationi. quinimo ſuperne inſpirationi. que vt teſtis eſt mihi deus me die noctuq̄ȝ quieſcere non permiſit. donec eius coactione acquieui. ſed vtrum bene vos pbate qui vnctionem a ſancto habetis.

Sciendum q̄ colloquium iſtud inter ſapientiā et diſcipulum hoc modo initium et occaſionem habuit. Nam cum quadam vice poſt matuti-

nas idem diſcipulus ſimilitudinem proceſſionis illius amariſſime. quā chriſtus condēnatus fecit dum ad locum paſſionis duceretur more ſolito expleuiſſet. ⁊ in ambone ante crucifixū ſtaret. animoqꝫ condolenti ꝯquereretur crucifixo. ꝙ affectum tam feruidū ad ſuā paſſionem prout dignū eſſet non haberet. ſed nec hactenus habuiſſet. ſtatim quaſi in extaſi poſitus. lumine quodam celeſti illuſtratur ⁊ eius mentalibus oculis centū meditatōnes ſeu ꝯſiderationes ſue paſſionis oſtenduntur. Sibiqꝫ dicitur ꝙ omni die debeat has centum materias cum centum venijs deuota meditatione tranſcurrere. ⁊ totidem petitiones adiungere. ac ſe chriſto paſſo ſpūaliter q̄ꝫtum poſſibile eſt in eiſdem ꝯformare. Quas tamen hic cauſa breuitatis explicite ponere omiſi. ſed deuotis perſonis doctis ⁊ indoctis in noſtro vulgari videlicet teutonico fideliter communicaui. Igitur diſcipulus qui ante fuerat affectu compaſſionis durus. cepit per continuū eiuſdem meditationis vſum ad tante memoriam paſſionis molleſcere ⁊ diuerſas eo modo prout in ſequentibus apparebit illuminationes habere. Diſcipulus autem dum predicta prout edoctus fuerat ſcribere inchoaſſet. et examinatrix bonorum aduerſitas eum a ceptis retrahere temptaret. chriſtus ei in viſione aſtitit in ea forma quaſi iam de columna in qua flagellatus fuit deſcendens ⁊ ſua vulnera recentia ac cruentata eum contrectare permittens. aduerſitatis ipſius vulnera ſanauit. et ad perficiendum inchoata animauit.

Notandum quoqꝫ ꝙ originale huius opis certis tpibus ⁊ nō niſi in pn̄tia magne grē ꝯſcriptum fuit, non em̄ p̄dictus diſcipulus noīe ⁊ pſona in hoc ope ignotus. videbat ibidem habere modū agentis vel dictantis. ſed modum quendam diuina pa

cientis. Nã cuꝫ oĩno neſciret qđ ſcriberet vel ſcribere de
beret. per reuelationes ſpũales habuit. ⁊ qñ ſcribere de
buit. ⁊ pene ſingulas materias quas ſcripſit. porro extra
hoc tempus ſi quid quaſi ex ſe dictaſſe vel aliunde colle
giſſe. tam inſipidum reddebat ⁊ ineptũ fiebat. vt ſi quis
ſapores aut colores ꝯtrarios in vnũ ꝯpingere niteretur
et tñ ea que data erant ad tabulam ꝯcepiſſet ad ſe reuer
ſus ſtudioſe rimatus eſt. vt nihil in his eſſet qđ a dictis
ſanctoꝝ patrum diſcreparet. Sed hoc qđ diuinaſtradē
te ſapĩa ſibi per ſpũalem illuſtrationem infunderetur. au
toritate ſacre ſcripture diuinitus ſanctis inſpirante fulci
retur. Cũ idem in ſenſu aut etiã in verbis ⁊ ſenſu vel cer
te ſimile reperietur. Poſt ꝯpletũ vero huius laborē diuꝫ
timore quodam humano teneretur. ne ab emulis q̃ nũc
quoqꝫ ſicut olim inuidia ſtimulãte. facta queqꝫ licet bo
na deprauare aut penitus a nulla re non deſiſtunt. diui
na cariſmata apellantes ſuperſticioſa figmenta. ⁊ ſctãs
reuelationes fantaſticas deceptiões. ſanctorumqꝫ geſta
patrum eſſe dicunt narratorium fabuloſum tanq̃ homi
nes qui non guſtauerunt ea que ſunt ſpiritusſancti. Ipſi
vero ſolũmodo adinuentiones topicas. vel propoſitio
nes dubias ſequentur tanq̃ demonſtrationes certas. et
licet in predictis diligens cautela ſit adhibenda. non tñ
ſpernenda ſunt vſquequaqꝫ Timens ergo ne iſtud q̊qꝫ
ſimiliter pium opus eorum dentibus dilaceraretur cogi
tauit ipm̃ occultare aut etiam penitus ſupprimere. qđ ne
fieret diuina ſapĩa per aptiſſima ſigna ⁊ pulchras reue
lationes omnino prohibuit. Sed ⁊ beata virgo cũ filio
ſuo cuidam pſone apparens hec eadem omnibus deum
diligentibus communicari precepit.

¶ Explicit prologus.

¶ Incipiunt tituli primi libri.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf